SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 12v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

tanta diversitate pilorum, et morum inter se distantium
Quis tam varias facies hominum ab initio inter dissimilium
Quis multitudines et diversitates valeat assignare stellarum
Quis varietatem animarum intellectuum affectuum ingeniorum
et memoriarum necnon et celestium angelorum. Ex hiis a
liis quam multis rerum ostensiva conveniat. Quam summe sa
piencie ille sit qui varietatem universam sic potuit et
formas distinguendas materie tam diversas impressit
Non omne sapiencia illa est admirabilis. Que humanum cor
pus instituit ex tam diversis composuit. Non so
lum carne et ossibus humoribus et elementis. Sed ve
nis arteriis et nervis tanta inter se colligacione con
iunctis quamvis sint in natura diversis exempla pa
tent infinitus. De Rectitudine dei.

.C.VII.

Est et hoc principium nostrum in summo rectissimum
in nullo penitus tortuosum nec obliquum
vel modicum inclinatum. Si enim elementa
hec adeo facta habent motus rectissimos propter quod
ignis ipse tendit sursum et terra deorsum. Quomodo
ille obliquus esse poterit qui rebus creatis tantam rectitudinem
dederit. Quanta est rectitudo cannarum quanta vigarum
quanta abietum, quanta pinearum, quanta cedrorum arborumque mul
tarum. Ego qui rectitudinem tam vilibus rebus dedit,
rectitudinem sibi non tenuit sed abiciat. Est ergo pri
nostrum cipium rectissimum in iusticia confirmatum quia si sic non
esset esse non posset. Nam omne bonum est iusticia. Non
est in deo aliud bonitas aliud iusticia. Sed omnino idem
sunt bonitas et iusticia, sicut enim divina essencia ergo si
una est summa necesse est alteram esse summam. Verum hanc ius
ticiam nobis quam possunt ostendunt divinorum operum recti
tudo. Nam hic ille fuit qui obmurmurantem propter arrogan
ciam angelos tam nobiles milites de celo proiceat et
ignibus adiudicavit eternis. Hic utique ille est qui propter pec
catum inobediencie primos parentes nostros quos posue
rat in deliciis culpe merito foras iecit. Hic est qui ob pec
cati luxurie aquis diluvii mundum dampnavit. Et